
ARISTOTELIS

Libri analytici posteriores emendati & dilucidati per nouã interpretationẽ a clarissimo Philosopho ac medico Petro Nicolao ex Castellanijs Fauentino.



IOANNES MARIA CREMONENSIS CALCHOGRAPHVS LECTORI. S. P. D.

ACcipe lector quisquis es veræ philosophiæ studiosus nouam, in libros Aristotelis analyticos posteriores interpretationem, & a me impressam & factam, ab Excellentissimo Doctore Petro Nicolao Fauentino nostri temporis polihystore, cum capitibus sententiarum, imitatu græcorum aliquot teste Themistio, & cum titulis capitum, ac indicibus titulorum sed & dictorum, ad meliorem intelligentiam ac memoriam, & expecta breui a me similes in reliquos Aristotelis libros eiusdem auctoris translationes impressas, adhæc & opus vnum librorum sex de immortalitate animorum, atq; alterum: totius logicæ peripateticæ compẽdiũ, postremo etiam philosophiæ secundum peripateticos dilucidarium. Bene vale lector optime & lingua atq; animo, imo & manu auxiliari nobis faue. Fauentiæ M. D. XXIIII. VI. Cal. Iunii.

Epiſtola.

REVERENDISSIMO ANTISTITI AC ILLVSTRISSIMO PRINCIPI HERCVLI GONZAGAE EPISCOPO MANTVAE DESIGNATO MERITISSIMO DOMINOQ; OBSERVANDISSIMO PETRVS NICOLAVS EX CASTELLANIIS FAVENTINVS PHILOSOPHVS AC MEDICVS.

EDiturus amicis hortantibus ex interpretamentis in Ariſtotelem noſtris Analyticæ ſecundæ opus præſertim vt omnium logicæ partium, tum nobiliſſimũ ſubiecto, tum vtiliſſimũ fine, ſed & propter ſtili genus alioquin obſcuriſſimũ, cogitabam mecum, cui (vt ſit) magno viro dicarem. ſed tu ſtatim occurriſti ex omnibus maxime vnus Reuerendiſſime Antiſtes ac Illuſtriſſime Princeps Hercules Gonzaga, qui philoſophiæ ſtudia huiuſmodi, tanto ſtudio & diſcens & fouens amplecteris, vt nihil alterum mediteris, nihil aliud moliaris, vnde & Bononiæ conſidens procul ab otio patriæ ampliſſimo. Pomponacium ciuem tuum philoſophũ celebrem docentem ſedulo adis, atq; eruditos domi ſubinde audis, Eloquentiæ ſapientiæq; omnifariæ præceptores, in quos etiam & in omnes alios viros doctos tã liberalis extas & pronus, vt in eis promerendis, nulli ſumptui nulli curæ parcas, iure igitur omni tibi litterarum cultori & fautori maximo optimoq; litterarium hocce meum nuncupo opus. Quæ autem ratio mea fuerit interpretandi rurſus Ariſtotelis libros, iam antea a tot tantiſq; viris tranſlatos, fortaſſe quæres antiſtes Erudite, ſed paucis accipe ne videar facta (vt dicitur) facere, aut phidiæ mineruã, pro anſula crepidis reponenda: ab integro reformare: ſimplicio igitur teſte in prædicamentis, oportet Ariſtotelis interpretem non deficere ab eius Intellectu alto, hii autem qui hactenus philoſophi huius opera tranſtulerunt, mihi videntur linguam quidem Calluiſſe, ſed ſcientiam ipſam, quod erat magis neceſſarium nõ omnino habuiſſe. quare illi ſola verba ſectantes, ac vt erãt, indigeſta relinquentes, & vt ambigua nõ recte decernentes tranſlationes ſemper obſcuriſſimas, vt palam conſtat, fecerũt, & aliquã ac ſæpe erroneas. Vnde latinis tot quæſtionum, & contentionũ ſubortæ ſunt occaſiones, quæ littera philoſophi bene tranſlata penitus ceſſant. quin interpretes idem capita rerũ neſcientes diſcernere, litteram ſub continua ſerie confuſam reliquerũt. quod expoſitoribus, & lectoribus, laborioſam illam diuidendi curam audiroribuſq; oneroſam facit: ſed video mox aliquis boetianas tranſlationes obiiciet, dicens eas eſſe irreprenſibiles: cui reſpondemus illas ex parte plurima deſiderari ætate noſtra, & ſi quæ extent, nequaq̃ extare ſynceras. imo culpa ſcriptorum propter infortunia tpum fuiſſe vitiatas. Italia interim a tot Barbaris vexata. græcos autem Ariſtotelis codices in græcia ipſa Imperio perſeuerante melius longe, eſſe ſeruatos, ſed quicqd ſit quales, aliæ tranſlationes exiſtant, & quales noſtræ: tu princeps optime, vt es lector eruditus, & cenſor candidus diiudices, ſpero. n. non inutilem, neq; ſupuacaneã cẽſebis operam noſtrã, addidimus autem: titulos & Indices duos. vnum capitum, alterum dictorũ, tũ ad memoriæ promptitudinẽ, tũ ad intelligentiæ facilitatem, q ꝑ cõmentariolo fere etiã videri poterunt, donec integram expoſitionem a græcis maxime excerptam abſoluerimus, quandoquidem illi multo melius Ariſtotelis ſenſus propter cõmunionem linguæ: quam noſtrates latini, perceperũt. Bene Vale princeps optime, & Petrum Nicolaum Reueren. ac illuſtriſſimæ. D. tuæ addictiſſimum protege. Fauentiæ. M. D. XXIIII. VIII. kal. Iunii.

ARISTOTELIS ANALYTICORVM POSTERIORVM ID/EST DEMONSTRATIVAE LIBER PRIMVS INTERPRETE PETRO NICOLAO EX CASTELLANIIS FAVENTINO PHILOSOPHO AC MEDICO.

¶Q. ꝺ omnis disciplina ratiocinatiua fit ex præcognitione aliqua. Cap. i.

Omnis doctrina & omnis disciplina ratiocinatiua fit ex cognitione præexistente. Hoc autem est manifestum respicientibus in omnes. Scientiarum.n.mathematicæ perficiuntur per modũ istum,& vnaquæq; artium aliarum. Similiter autẽ est & circa sermocinationes,& quæ sunt per syllogismos,& quæ per inductionem. Vtræq;.n.faciunt doctrinã per antecognita, hæ quidem accipientes vt a prædisertatis, hæ autem demonstrantes ipsum vniuersale,propter ipsum singulare esse manifestum. Sic autem & oratoriæ confusadent aut per exemplum,quod est inductio,aut per enthymema quod quidem est syllogismus.

¶Q. ꝺ pcognitio in demõstratiõe est modis duobus & pcognitoꝝ triũ. Cap. ii.

Necessarium autẽ est præcognoscere dupliciter. Necessarium quidẽ est præexistimare hæc quia sunt,oportet autẽ intelligere hæc quid est dictum eorũ, hæc autem ambo, vt quia est q̃ omne quidem affirmare aut negare est verũ triangulum autem quid significat,ipsam autem vnitatem ambo,& quid significat, & quia est.Non.n.vnum quodq; horum est notum similiter.

¶Q. ꝺ id quod discitur quoddam fuit prænotum, quoddam non. Cap. iii.

Est autem cognoscere hæc cognoscentem prius,hæc autem accipientem notitiam simul,vt ea entia quæ iam contingunt sub vniuersalibus quorum notitiam habent.

¶Q. ꝺ conclusio vniuersalis præscita in principio vniuersali discitur,minor autem singularis non prænota discitur imediate sensu. Cap. iiii.

Etenim præsciuit q̃ quidem omnis triangulus habet æquales duobus rectis, inducens autem eum qui est in semicirculo cognouit simul q̃ est triãgulus. Disciplina.n.quorũdam fit hoc modo,& vltimum eorum,quæ entia iam contingunt singularia & non de subiecto aliquo,cognoscitur non per medium.

¶Q. ꝺ id quod discitur ratiocinatione vno mõ scitur alio ignoratur. Cap. v.

Pariter autem dicendum quidem est scire modo aliquo,modo autẽ alio nõ, ante inducere aut accipere syllogismũ. Sciuit.n.aliquo modo, hoc q̃ habet simpliciter duos rectos,quod non sciuit simpliciter, si est. Quare manifestũ est q̃ quidem sciuit vt sic,quoniã sciuit vniuersaliter:non autẽ sciuit simpliciter. Si autem non. Ambiguitas ea quæ est in menone continget,discent enim aut nihil, aut ea quæ nouerunt.

¶Responsio q̃ tantum omnia subiecti nota sciuntur per Enuntiationem vniuersalem notam. Cap. vi.

NOn.n.dicendum est,vt quidam aggrediuntur,soluere, vtrum scis omnem dualitatem quoniam est par,dicente autem, protulerunt quandam dualitatem,quam non existimauit esse,quare neq; parem. Soluũt.n.dicentes oẽm dualitatem esse parem:sed quam sciunt q̃ sit dualitas.

¶Improbatio & q̃ omnia simpliciter subiecti:sciuntur per conclusionem vniuersalem demonstratam. Cap. vii.

ET tamen sciunt id cuius demonstrationem habent:& cuius acceperunt,acceperunt autem non omnis,quem vtiq; sciunt q̃ est triãgulus,aut numerus, sed simpliciter de omni numero aut triangulo,nulla.n.præpositio talis accipitur q̃ quem tu scis numerum:aut quam scis lineam rectam sed de omni.

¶Q͛d idem scitur vno modo & nescitur alio,non autem eodem. Cap. viii.

QVare opinor nihil prohibet:q̃ est scire sic,id quod aliquis discit,est autẽ ignorare:sic non.n.absurdum est si discit,id quod sciuit aliquo modo, sed si sic videlicet vt discit & sic.

¶Quid sit scire. Cap. ix.

PVtamus autem scire simpliciter,vnũquodq;,sed non modo sophistico (quo secũdum accidens) cum putamus cognoscere causam propter quam res est, q̃ est causa illius,& nõ contingit,hanc rem,se habere aliter. Manifestũ est igitẽ q̃ ipsum scire est aliquid tale.Et.n.non scientes & scientes putant ita habere idem: & scientes autem habent.

¶Quod omne scitum simpliciter,est necessarium. Cap. x.

QVare hoc cuius est sciẽtia simpliciter est impossibile se habere aliter. Dicemus quidem igitur posterius:si modus ipsius scire alter sit.

¶Rursus quid sit scire & Quid sit demonstratio simpliciter. Cap. xi.

DIcimus autem & scire per demonstrationem,dico autem demonstrationẽ syllogismum scientiarium,voco autem scientiarium,eum quem in habere eundem:scimus.

¶Quot & quæ conditiones demonstrationis. Cap. xii.

SI igitur scire est:vt posuimus necessarium est,scientiam demonstratiuam esse. Et ex veris,Et primis,Et imediatis,Et notioribus,Et prioribus,Et causis cõclusionis.Sic.n.& erunt principia propria demonstrati.

¶Quod syllogismus potest esse sine his conditionibus, non autem demonstratio. Cap. xiii.

SYllogismus quidem enim erit & sine hiis,demonstratio autem non erit. Non enim faciet scientiam.

¶Ratio q̃ demonstratio exigit has conditiones. Cap. xiiii.

Oportet

OPortet quidem igitur esse verum. Quoniam non est scire non ens, vt quoniam diameter est cōmensurabilis. Ex primis autem indemonstrabilibus, qm̄ non habentem demonstrationem ipsorum: non est scire. Ipsum enim scire non secundum accidens, est habere demonstrationem eorum quorum est demonstratio. Oportet esse & causas & notiores. Causas quidem: qm̄ tunc scimus cū intelligimus causas. Et priores siquidem sunt causæ. Et prænotas, nō tantum intelligendo modo altero: sed & intelligendo quia sunt.

¶Quod notius quoddam est naturæ, quoddam est ad nos. Cap. xv.

PRiora autem & notiora sunt dupliciter. Non enim idem est prius naturæ: & prius ad nos, neq; notius & notius nobis. Dico autem priora: & notiora ad nos, propinquiora sensui. Priora autem & notiora simpliciter, ea quæ sunt lōgius. Ea autem quæ sunt vniuersalia maxime, sunt in longinquissimo. Ea autē quæ sunt singularia, sunt in propinquissimo. Et talia contraiacent inuicem.

¶Quid sit principium demonstrationis. Cap. xvi.

ESt autem ex primis id quod est ex principiis propriis, dico enim idem primum & principium. Principium autem demonstrationis est propositio imediata: immediata autem est ea, qua non altera est prior.

¶Quid propositio simpliciter: & dialectica: & demonstratiua. Cap. xvii.

PRopositio autem est altera pars contradictionis vna de vno. Dialectica autē est ea quæ accipit similiter vtramlibet. Demonstratiua autem est, quæ alterā definite, quoniam est vera.

¶Quid sit enuntiatio & quid cōtradictio, & affirmatio & negatio. Cap. xviii.

ENuntiatio autem est pars contradictionis vtralibet. Contradictio autem est oppositio cuius non est medium secundum se. Pars autē cōtradictionis quæ est aliquid de aliquo est affirmatio quæ aūt est aliquid ab aliquo est negatio.

¶Quid sit positio & quid dignitas. Cap. xix.

DIco autem positionem principii syllogistici imediati eam quam non est monstrare, neq; oportet discentem habere. Dignitatem autem eam quam oportet quemlibet discentem habere. Quædam enim sunt tales, consueuimus enim dicere in hiis maxime, hoc nomen.

¶Quid sit suppositio & quid diffinitio. Cap. xx.

POsitionis autem ea quæ accipit partem contradictionis vtramlibet (dico vt aliquid esse aut aliquid non esse) est suppositio: quæ autem est sine hoc: est definitio.

¶Quod definitio non est suppositio. Cap. xxi.

DEfinitio quidem enim est positio: (arithmeticus enim ponit, vnitatē esse indiuisibile secundum quātitatem.) Nō autem est suppositio: ipsum enim quid est vnitas, & ipsum, vnitatem esse non sunt idem.

Quod principia demonſtrationis ſunt nota magis ꝙ concluſio. Cap. xxii.

QVoniam autem oportet credere & intelligere rem: eo quod eſt habere ſyllogiſmum talē quem vocamus demonſtrationem(hic autem eſt propter ea eſſe ex quibus eſt ſyllogiſmus)neceſſe eſt non ſolū præcognoſcere prima aut omnia aut quædā,ſed & magis.illud enim propter quod vnūquodq; eſt,ſemper eſt magis:vt illud propter quod amamus,eſt amatū magis,quare ſiquidem ſcimus & credimus propter prima,& ſcimus & credimus magis illa:qm̄ & ea quæ ſunt poſterius propter illa.

Quod principia ſunt nota melius ꝙ per demonſtrationem. Cap. xxiii.

NOn poteſt autem:non diſpoſitus melius quam ſciens(ſi contingit) credere ea quæ non contingit ſciens,magis hiis quæ ſcit.

Qđ principia nō ſūt nota melius,ſi nō ſunt nota prius ꝙ ꝯcluſio. Cap. xxiiii.

HHoc autem continget,ſi nullus credentium per demonſtrationem præcognouerit.

Quod non omnia ſed quædam principia ſunt nota melius abſq; demonſtratione. Cap. xxv.

NEceſſe autem eſt debentem cognoſcere per demonſtrationem credere magis principiis concluſionis,aut omnibus aut quibuſdam.

Quod principia ſunt nota firmiter. Cap. xxvi.

OPortet autem nō tantū cognoſcere magis principia & credere magis ipſis quam demonſtrato,ſed neq; aliud oppoſitorum principiis, ex quibus erit ſyllogiſmus deceptionis cōtrariæ:eſſe notius,neq; credibilius ipſis, ſiquidē oportet ſcientem ſimpliciter eſſe imutabilem.

De opinionibus aliorum falſis. Cap. xxvii.

PRopter quidem igitur oportere ſcire prima,ſcia videtur quibuſdam non eſſe hiis aūt demonſtratio eſſe oīum, quorū neutrum eſt veꝝ , neq; neceſſarium.

Ratio opi.ꝙ nihil ſcitur per demonſtrationem. Cap. xxviii.

ALiqui quidem enim ſupponentes omnino non eſſe ſcire,hii exiſtimāt,redigi ad infinitum , dicentes recte, ꝙ non ſunt ſciētes vtiq; poſteriora propter priora,quorum non ſunt prima.impoſſibile enim eſt trāſire infinita, ſi autē ſtant & principia ſunt,eſſe ignota , non exiſtente demonſtratione ipſorum: quod ſolum aiunt eſſe ſcire.Si autem non eſt ſcire prima neq; eſſe ſcire ex hiis ſimpliciter neq; proprie,ſed ex ſuppoſitione ſi illa ſunt.

Ratio opi.ꝙ demonſtratio eſt omnium. Cap. xxix.

HIi autem confitentur ſcire.ſolum enim eſſe per demonſtrationem: ſed nihil prohibet demonſtrationem eſſe omnium. contingere enim demonſtrationem fieri circulo & ad inuicem.

¶ Q. d' principia sunt nota sine demonstratione. Cap. xxx.

Nos autem dicimus neq; omnem scientiam esse demonstratiuam: sed imedia torum, indemõstrabilem, & manifestum est q hoc est necessarium. Si enim est necessarium. scire priora & ea ex quibus est demonstratio, imediata autẽ stant aliquando, necesse est hæc esse indemonstrabilia.

¶ Q. d' principia cognoscuntur terminis cognitis. Cap. xxxi.

Sic igitur dicimus hoc: & non tantum scientiam sed & dicimus esse principium quoddam scientiæ, quatenus cognoscimus terminos.

¶ Ratio prima q demonstratio simpliciter non est circularis. Cap. xxxii.

Manifestum autem est, q impossibile est, demonstrari simpliciter, circulo. Si quidem oportet demõstrationem esse ex prioribus & notioribus, impossibile enim est eadem esse simul, priora & posteriora eisdem, nisi modo altero, vt hæc quidem ad nos, hæc autem simpliciter, quo quidem modo inductio facit notum. Si autem ita est: nõ vtiq; scire simpliciter fuit definitum bene, sed est duplex aut hæc demonstratio altera facta ex notioribus nobis non est simpliciter.

¶ Ratio secunda q si demonstratio simpliciter sit circularis: idem demonstrabitur per se ipsum. Cap. xxxiii.

Dicentibus autem demonstrationem esse circulo, non tantum dictum nunc contingit. Sed nihil aliud q̃ q si hoc est, hoc est, omnia autem demonstrari ita est facile.

¶ Deductio rationis. ii. Cap. xxxiiii.

Manifestum autem est q hoc contingit terminis tribus acceptis, & enim patet nihil differre: reflectere per multos aut per paucos videlicet duos, quando enim ipso. A. existẽte, ipsum. B. est ex necessitate: isto autẽ ipsum. C. ipso. A. existente. C. erit. Si igitur ipso. A. Existente necesse est. B. esse, isto autem ipsum. A. (hoc autem erat circulo) ipsum. A. ponat id in quo est. C. dicere igitur ipso. B. existente ipsum. A. esse, est dicere ipsum. C. hoc autẽ est q. A. existente. C. est, hoc autem ipsum. C. est idem ipsi. A. Quare dicentibus demonstrationem esse circulo, nihil alterum accidit, nisi q ipsum. A. est ipso. A existẽte, omnia autem demonstrari ita, est facile.

¶ Rõ. iii. & q demonstratio circularis nõ est nisi inter cõuertibilia. Cap. xxxv.

Veruntamen sed neq; hoc est possibile nisi in hiis, quæ sequuntur inuicem vt propria.

¶ Q. d' syllogismus nõ fit ex vnico termino neq; ex vnica ꝓpositiõe. Cap. xxxvi.

Demonstratum quidem igitur est q nonquam necessarium est aliquid alterum esse posito vno, dico autem quoniam neq; termino vno: neq; propositione vna posita. Siquidẽ & contingit syllogizari ex propositionibus primis & duabus ad minus.

¶ Ratio. iiii. & q demonstratio circularis fit solum in fig. i. Cap. xxxvii.

CVm quidem igitur ipsum. A. sequitur ipsum. B. & C. & hæc adinuicem, & ipsum. A. sic quidem igitur contingit omnia quæsita demonstrari adinuicē in figura prima, vt ostensum est in hiis quæ sunt de syllogismo, ostensum autem est q aut non fit syllogismus in aliis figuris: aut non fit ex acceptis.

¶ Collectio rōis primæ. ii. & . iii. & q demonstratio circularis est vana i quibus pōt fieri, & q non potest fieri in omnibus sed paucis. Cap. xxxviii.

NEquaq̄ igitur est monstrare circulo nō prædicata de se inuicem. Quare quoniam hæc sunt pauca in demonstrationibus: manifestum est quoniam est vanum dicere demonstrationem esse inuicē, & impossibile est propter hoc contingere demonstrationem esse omnium.

¶ Q. d' oīs demōstratio est ex necessariis. Cap. xxxix.

QVoniam autem id cuius est scientia simpliciter, est impossibile se habere aliter, scibile vtiq secundum scientiam demonstratiuam erit necessariū. Demonstratiua autem est ea quam habemus habitu demonstrationis, demonstratio igitur est syllogismus ex necessariis.

¶ Quæ sint dicenda. Cap. xl.

ACcipiendum est igitur ex quibus & qualibus sunt demonstrationes. Determinemus autem primo quid dicimus de omni: & quid per se, & quid vniuersaliter.

¶ Quid sit prædicatum de omni subiecto. Cap. xli.

ET dico quidem de omni hoc, quod vtiq sit non de aliquo quidem, de aliquo autem non, neq aliquando quidem, aliquando autem non.

¶ Q. d' pdicatū de oī subiecto est verū de quolibet contento vere sub ipso subiecto, & in quolibet tpe: in quo subiectū verificat' de eo. Cap. xlii.

VT si animal est de omni homine. Si igitur dicere hominem est verum, & animal, & si nunc alterum & alterum. Et si punctum est in oī linea similiter est.

¶ Q. d' instantia fertur contra prædicatum de omni subiecto ex defectu subiecti vel temporis. Cap. xliii.

SIgnum autem est, & enim interrogati de omni, ferimus instantias aut si in aliquo non est, aut si aliquando non est.

¶ Quid sit pdicatū p se de subiecto primo modo. Cap. xliiii.

PEr se autē ea, quæ sunt in eo quod est quid: vt linea triāgulo. Essentia enim horum est ex hiis in ratione dicente quid est.

¶ Quid prædicatum per se secundo modo. Cap. xlv.

ET ea inexistentium: quibus eadem insunt in ratione dicente quid est: vt rectū & curuum lineæ, & par & impar. Primum & cōpositum. Et æquicrurum & oblongum

oblongū numero. Et insunt in omnibus hiis in ratione dicente quid est, hic quidē linea, hic autem numerus, similiter autem & in aliis.

Quid prædicatum per accidens. Cap. xlvi.

Voco autem talia in omnibus per se, quæ autem sunt neutro modo, accidentia, vt musicum & album animali.

Quid sit ens per se. Cap. xlvii.

Amplius id quod non dicitur de subiecto altero, vt ambulare: ambulans, & album, est aliquid alterum: substantia autem & quæcunque significāt quid, sunt aliquid quod vere est non alterum.

Quid sit ens accidens. Cap. xlviii.

Dico quidem igitur hæc nō de subiecto per se, hæc autem de subiecto, accidentia.

Quid sit effectus per se. Cap. xlix.

Amplius alio modo per se: id quod est existens cuilibet propter ipsum.

Quid sit effectus per accidens. Cap. l.

Accidens autem, id quod est non propter ipsum, non.n. coruscauit propter ambulare, sed dicimus hoc coaccidere: si autem est propter ipsum, est per se, vt si quis iugulatus & secūdum iugulationem periit, quoniam propter iugulari, sed non ipsum perire coaccidit ipsi iugulari.

Qđ prædicata per se, insunt ex necessitate. Cap. li.

Dicta igitur in scibilibus simpliciter, ita inesse aut subesse prædicatis, & per se, sunt & ex necessitate, non.n. contingit non inesse aut simpliciter, aut opposita, vt rectum aut curuum lineæ, & impar aut par numero.

Qđ contraria imediata in subiecto proprio sunt vt contradictoria. Cap. lii.

Contrarium enim in eodem genere est priuatio, aut contradictio: vt par & nō impar in numeris vbi sequitur, quare si necessarium est affirmare, aut negare: Necessarium est & quæ sunt per se, inesse. Ipsum quidē igitur de omni & per se, sit determinatum hoc modo.

Quid sit prædicatum vniuersaliter. Cap. liii.

Dico autem vniuersaliter, id quod vtique inest & de omni & secundum se, & quatenus est ipsum.

Qđ quæ prædicantur vniuersaliter, insunt ex necessitate. Cap. liiii.

Manifestum quidem igitur est, quæ sunt vniuersaliter: ea inesse rebus necessario.

¶Q. d secundum se: & quatenus ipsum sunt idem. Cap. lv.

ET secundum se autem, & quatenus est ipsum, est idem, vt punctum, & rectum inest secundum se, lineæ. Et enim quatenus est linea, & triágulo duobus rectis quatenus est triangulus, & enim æquales duobus rectis, est triágulo secúdú se.

¶Quando aliquid prædicatur vniuersaliter. Cap. lvi.

IPsum autem vniuersaliter, tunc inest, quando demonstratur in quolibet, & primo, vt habere duobus rectis, neq; inest vniuersaliter figuræ, quáuis est demonstrare de figura, q habet duobus rectis, sed non de omni figura, neq; demonstráns vtitur in omni figura. Et .n. quadrangulus est quidem figura, non aute habet, æquales duobus rectis, omnis æquicrurus autem habet æquales duobus rectis, sed nó primo, sed triangulus prius.

¶Q. d i súma pdicatú vniuersaliter e quod dicit d oi subiecto & primo. Cap. lvii.

VNiuersaliter igitur, inest primo huic, quod omne, primum habet duobus rectis, aut aliud quodlibet.

¶Q. d demonstratio est per se, prædicati vniuersaliter. Cap. lviii.

ET demonstratio est secúdum se huius vniuersaliter, aliorum autem est modo aliquo, non est secundum se, est autem æquicruri, non vniuersaliter, quoniá est in pluribus.

¶Q. d tres sunt occasiones errandi circa dictum vniuersaliter & quæ. Cap. lix.

OPortet autem non latere: quod multoties contingit errare, & nó est demóstratum vniuersaliter primo, quéadmodum videtur, demóstrari, vniuersaliter primo. Erramus autem tali errore, quando nullú est accipere superius præter singulare, aut singularia. Aut sit quidem, sed est inominatum, in rebus differentibus speciæ: Aut eius contingit totum in parte: in qua demonstratur.

¶Q. d nó quodlibet demóstratú de oi subiecto, demóstrat vniuersaliter. Cap. lx.

DEmonstratio enim, est quidem in parte: & erit de omni, & tamen demonstratio: non erit huius, primi, vniuersaliter, dico autem huius primi, vt demóstrationem huius quando sit primi vniuersaliter.

¶Q. d .l. rectiangulæ: nó vt rectiágulæ, sed vt æqdistantes, nó cócurrút. Cap. lxi.

SI quis igitur demonstrauerit, q rectæ non concurrunt, videtur vtiq; esse demóstratio huius, propter esse in omnibus rectis, non autem est, siquidé hoc nó est quia sunt æquales sic, sed quatenus sunt æquales quolibet modo.

¶Q. d si vnicum singulare existat sub vniuersali, ipsum singulare videtur esse subiectum vniuersaliter. Cap. lxii.

ET si triangulus non erat alius quam æquipes, æquipes vtiq; videbatur esse,

¶Q. d qñ subiectú vniuersale e inominatú, passio demóstrat d speciebus. Ca. lxiii.

Et quoniam

Et quoniam numeri, & lineæ, & solida, & tépora sunt cohabita: pportionale aliqñ demonstrabitur seorsum, possibile demonstrari de omnibus demonstratione vna, sed hæc oia vnû, numeri: lineæ, tépora, solida, propter nô esse aliqd nominatû, & differre speciæ, accipiebant seorsû. Nô aût demôstratur vniuersaliter, nô enim est vt lineæ, aut vt numeri, sed vt hoc quod supponebat esse vniuersale.

C Q. ꝙ passio demonstrata seorsum de singulis speciebus non Idcirco est demonstrata vniuersaliter. Cap. lxiiii.

Propter hoc vtiq, neq; aliqs demôstratôe videlicet seorsû vna & altera æqlate ri & gradarii, & æquipedis: môstrabit quélibet triágulû: qa habet duos rectos.

C Q. ꝙ & si passio est, scita de vnaquaq; speciæ, non tamen est scita de genere sibi e sto. vniuersaliter. Cap. lxv.

Nondum igitur scit triangulum qm̃ æqualem duobus rectis nisi modo sophistico: non autem vniuersaliter. Neq; si nullus triangulus sit præter istos, non enim scit. quatenus est triangulus sed secundum numerum, non auté vniuersum, secundum formam: & si nullus est qué non scit.

C Quomodo prædicatum vniuersaliter cognoscitur. Cap. lxvi.

Manifestû igitur est, qñ nô scit qm̃ vniuersaliter: & quando scit simpliciter. Quoniam si esse erat idem triangulo, & æquilatero, est, aut omni aut omnibus, si autem non est Idem: sed alterû, itaq; non scit: quatenus est triangulus vtrum autem demonstratio est quatenus est triágulus aut quatenus æquipes, & qñ est primo de hoc, & alicuius vniuersaliter. Manifestum est quoniam, est, qñ est ablatis primo vt duo recti triangulo: æquipedi æreo. Sed & ablato esse æreum, & æquipede, sed non, figura: aut termino, sed non primis.

C In summa quod sit subiectum vniuersaliter passionis. Cap. lxvii.

Cuius igitur primi. i. si itaq; est trianguli, & est aliis secundum hoc, & demonstratio est huius vniuersaliter.

C Ratio. i. qꝺ omnis demonstratio est ex necessariis. Cap. lxviii.

Si igitur sciétia demôstratiua est ex necessariis, manifestû itaq; est ꝙ syllogismus demôstratiuus vtiq; erit ex qbusdá talibus. Quod. n. scit é impossibile se habere aliter, quæ. n. sunt p se sunt necessaria rebus, hæc quidem. n. inexistunt in quid, hæc autem eadem existunt, hiis prædicatis, quorum alterum oppositorum inexistere est necesse. Omne. n. est, aut sic aut per accidés, accidétia aût nô sunt necessaria.

C Ratio. ii. quia omnis demonstratio est ꝯclusiôis necessariæ. Cap. lxix.

Ergo dicédû é, aut ita: aut ponétibꝰ pncipiû, qꝺ demôstratio é necessarioꝝ. Et si qꝺ demôstrat, nô pôt se hére aliter igit opꝫ hûc syllogismû eé ex necessariis.

C Q. ꝙ aliquis syllogismus est ex non necessariis, sed non demôstratio. Cap. lxx.

Igitur est quidem & non demonstrátem syllogizare ex veris, nô est aût demonstrantem syllogizare, nisi ex necessariis, hoc enim, iá est, demonstrationis.

¶Q. d' demonstratio patitur instantiam si non est ex necessariis. Cap. lxxi.

Signũ aũt ẽ, ꝙ demõstratio ẽ ex necessariis, qm̃ sic ferimus instãtias ad putãtes de mõstrare, qm̃ vtiq; ñ necessitas ẽ, si putamus oio posse aliter, aut gra disputatiõis

¶Q. d' demonstratio non est ex solis probabilibus & veris. Cap. lxxii.

MAnifestum est autem ex hiis, & ꝙ putantes accipere bene principia, quãdo propositio est probabilis, & vera: sunt stulti: vt rhetores. Quoniam scire est habere scientiam. Non. n. ipsum probabile, potius quam non, est principiũ. Sed primum generis, circa quod demonstratur. Et non omne verum est propriũ.

¶Rõ. iii. & ꝙ ꝯclusio necessaria nõ scit pp qd ẽ ex medio contigente. Cap. lxxiii.

MAnifestum est autem & ex hiis, ꝙ oportet hunc syllogismũ esse ex hiis. Si. n. demonstratione existẽte: nõ est habens, scientiã propter quid, nõ est sciens. si igitur erit, vt ipsum. A. esse necessario de ipso. C. Ipsum. B. autẽ medium per quod est demonstratum, non est ex necessitate non sciuit propter quid. Non enim hoc est propter medium, ipsum enim non esse contingit, ipsa aũt conclusio est necessaria.

¶Q. d' conclusio vera non scitur per propositiones falsas. Cap. lxxiiii.

AMplius, siquis nũc habens rationẽ, & saluus, ipa re salua, neq; oblitus, nõ scit, neq; sciuit prius. Ipsum autem medium corrũpetur, nisi sit necessariũ, quare habebit quidẽ rationẽ saluã, ipsa re salua, nõ autẽ scit, neq; igitur sciuit prius.

¶Sol. ob. & ꝙ omne possibile esse: potest poni esse. Cap. lxxv.

SI autem non est corruptum, at contingit corrupti, si enim ipsum est accidens, erit possibile, & contingens, sed ita se habentem scire, est impossibile.

¶Q. d' necessarium potest syllogizari ex non necessariis. Cap. lxxvi.

IGitur quãdo quidem conclusio sit ex necessitate, nihil prohibet, ipsum mediũ per quod est demonstratum, esse nõ ex necessitate, est. n. & necessarium syllogizari ex non necessariis: vt & verum ex non veris.

¶Q. d' si propositiones sunt necessariæ & conclusio. Cap. lxxvii.

IPsum autẽ mediũ quando est ex necessitate, & cõclusio est ex necessitate, sicut & ex veris verũ, semper est necessario. Ipsum enim. A. sit necessario de ipso. B. & hoc de ipso. C. ergo necessarium est & ipsum. A. inesse ipsi. C.

¶Q. d' si conclusio non sit necessaria, neq; propositiones sunt. Cap. lxxviii.

COnclusio autem quando non sit necessaria, neq; ipsum medium potest esse necessarium. Sit. n. ipsum. A. inesse ipsi. C. nõ necessario, necessario aũt ipsi. B. & hoc ipsi. C. Ergo ipm. A. necessario inest ipsi. C. sed non supponebat.

¶Collectio rõnis. iii. & ꝙ si cõclusio necessaria est scita demonstratiue: propositiones sunt necessariæ. Cap. lxxix.

IGit qm̄,si scire est demonstratiue,oportet esse ex necessitate, manifestū est φ & habere demōstrationē per medium necessarium:similiter siue sciat ipsum quia p mediata:siue ipsum propter quid, per imediata, aliter nō sciés,aut cū accipiat ipsum necessarium vt necessarium,putabit,aut neq; putabit.

¶Q. d' demōstratio nō est accidētiū nō p se & φ hæc nō sunt necessaria. Cap. lxxx.

SCiētia aūt demōstratiua ñ ē accidētiū nō p se,quomō determinatū ē p se Nō.n. est mōstrare cōclusionē eē necessariā,cōtigit.n.accidés ñ eē: dico.n.de accidēte tali.

¶Q. d' ɔclusio sēp seqt̄ necessario ex ɔtingētibus,sʒ nō ē necessaria ex illis. C. lxxxi.

TAmē forte vtiq; aliqs dubitabit,cuius gr̄a oportet petere,si nō ē necessariū cōclusionē eē.Nihil.n.refert,siqs petat cōtingētia,postea dicat ɔclusionē, opʒ āt petere,nō vt eē necessariā pp petita:sed φ dicēti illa necessariū est colligere, & colligere vere,quando existentia sunt vere.

¶Q. d' demōstratio est ex propositionibus p se & cōclusionis per se. Cap. lxxxii.

MAnifestum est,quoniam quecunq; sunt necessario circa genus vnūquodq;, sunt per se & secundum ipsum, φ & demōstrationes sunt circa existētia p se & sunt ex talibus.Ipsa enim accidentia non sunt necessaria.

¶Deductio φ cōclusio necessaria non scit pp qd ex accidentibus. Cap. lxxxiii.

QVare nō est necessariū scire ɔclusionē pp qd est(neq; si erit semp nō aūt p se)vt syllogismi p signa,hoc.n.ē p se,nō aūt sciet p se,neq; pp qd. ipsū enim scire pp qd,ē scire p cām.Propter ipsā igit̄ oportet & mediū inesse tertio,& primū medio.

¶Q. d' demōstratio nō trāscēdit i sciētiā diuersā. Ca.lxxxiiii.

ERgo nō ē descēdētē ex genere alio demōstrare, vt geometricū arithmeticæ.

¶Tria sunt in demonstratione. Cap. lxxxv.

TRia.n.sūt i demōstratiōibus,vnū qd̄ ē ipsa ɔclusio demōstrata: hæc aūt ē existés p se alicui generi:vnū aūt dignitates,dignitates aūt sūt ex qbus, tertiū aūt ē ip̄ū genus subiectū,cuius passiōes,& accidētia p se manifestat demōstratio.

¶Q. d' principia cōmunia sunt eadem in scientiis diuersis. Cap. lxxxvi.

COntingit quidem igitur ea,ex quibus est demonstratio,esse eadem.

¶Rō φ vna scientia non demonstrat cōclusionem alterius diuersæ. Cap. lxxxvii.

QVaꝝ āt genus est alteꝝ,vt arithmeticæ:& geometriæ, nō ē demōstratio ĕe arithmeticā accomodari in accidētia magnitudinibus(nisi magnitudines sūt numeri)Hoc aūt quō ɔtingit i qbusdā, dicṫū ē posterius. demōstratio.n.arithmetica semp habet genus circa qd' demōstratio sit, & aliæ similiter.

¶Q. d' demōstratio trāscēdit i sciētiā subalternatā simplr aut fm qd. C. lxxxviii.

Quare si demonstratio debet transcendere: necesse est genus esse idem, aut simpliciter: aut aliquo modo, aliter autem, quod esse impossibile est manifestũ ẽ, necessarium.n. est extrema & media esse ex genere eodem. si enim non sunt per se, erunt accidentia.

¶ Q. q̃ vna sciẽtia demõstrat cõclusiões solius alterius subalternatæ. Cap. lxxxix.

PRopter hoc non est geometriæ demonstrare, q̃ scientia contrariorũ est vna. sed neq̃ q̃ duo cubi sunt cubus. Neq̃ est alterius scientiæ, id quod est alterius. Nisi quæ se habent ita, adinuicem, vt altera sit sub altera velut perspectiua ad geometriam, & musica ad arithmeticam.

¶ Q. q̃ scientia subalternata non demonstrat passionem cõmuniorem de subiecto etiam suo. Cap. xc.

NOn igitur est, si quid est lineis, nõ quatenus sunt lineæ, & quatenus ex principiis propriis, vt recta est pulcherima linearum, aut si circularis, se habet cõtrarie. Nõ.n. est quatenus est genus idẽ, pprium, sed quatenus est aliqd cõmune.

¶ Q. q̃ demonstratio est conclusionis perpetuæ. Cap. xci.

MAnifestum est autem & quando propositiones: ex quibus est syllogismus, sunt vniuersaliter, quod necessarium est & cõclusionem demonstrationis talis, & est dicere demonstrationis simpliciter, esse perpetuam.

¶ Q. q̃ demonstratio non est nisi per accidens, corruptibilium. Cap. xcii.

ERgo demõstratio nõ ẽ nisi per accidẽs, corruptibiliũ. Neq̃ sciẽtia simpliciter, sed est ita, vt ẽm accidẽs q̃a nõ ẽ ipsius vniuersali, sed est aliqñ & aliquo mõ.

¶ Q. q̃ si cõclusio non est perpetua: altera propositio nõ est perpetua. Cap. xciii.

QVando igitur est talis: necessarium, est alteram propositionem esse non vniuersaliter, & corruptibilem: corruptibilẽ quidẽ, qm̃ & cõclusio est.

¶ Q. q̃ altera ppositiõe nõ vniuersali, cõclusio aliqñ ẽ vniuersalis aliqñ nõ. C. xciiii.

EXistente autẽ nõ vniuersaliter (quoniã est quidẽ eorũ, ex quibus est) erit & nõ erit. quare non est syllogizare vniuersaliter, sed quia nunc.

¶ Q. q̃ etiam definitio est perpetua. Cap. xcv.

SImiliter aũt se habet circa definitiões: qm̃ definitio est, aut principium demonstrationis, aut demonstratio differens positione, aut conclusio quædam.

¶ Q. q̃ demõstratio aliqñ est effectus rari tñe sed semp [illegible] cãm suã. Cap. xcvi.

DEmõstrationes aũt & sciẽtiæ: sunt factorũ multoties & manifestũ est quoniã defectus lunæ quatenus sunt tales, sunt semper, quatenus aũt non sunt semp, sunt secundum partem, sicut quidem igitur defectus, ita est & in aliis.

¶ Q. q̃ demõstratio nõ est tantũ ex veris & imediatis sed etiã propriis. Cap. xcvii.

QVoniam autem si demõstratum est, quatenus, est illud, manifestum est, q nõ est demonstrare vnumquodq; nisi ex principiis, vniuscuiusq;, nõ enim, est scire hoc, si monstret ex veris & indemõstrabilibus & imediatis. Sic monstrare autem est, vt quidem Brison quadraturam, & enim rationes tales monstrant per cõmune, quod est alteri, propterea & rationes accomodantur aliis non congeneribus. Ergo nõ scitur quatenus est illud, nõ enim demonstratio vtiq; accomodabitur & in genus aliud.

¶ Q. ꝯ omne scitum per se est scitum ex propriis. Cap. xcviii.

SCimus autem vnumquodq; non secundum accidens, quãdo cognoscimus secundũ illud per quod est, ex principiis, ppriis illius, quatenus est illud. Vt ipsum dictũ, habere æquales duobus rectis, cui inest p se: ex principiis huius, quare si p illud, inest per se, ei cui inest: necesse est, medium esse in cognatione eadẽ.

¶ Q. ꝯ conclusio scientiæ subalternatæ demonstratur ex principiis subalternantis vt ex propriis. Cap. xcix.

SI aũt nõ est: sed est, vt musica per arithmeticam: & talia demonstrãtur similiter.

¶ Q. ꝯ scientia subalternans scit propter, qd subalternata autẽ quia. Cap. c.

DIfferũt aũt, ipsum quia. n. est quidẽ sciẽtiæ alterius, nã ipsum genus subiectũ est alterum, ipsum aũt propter quid est superioris, cuius sunt p se, passiões.

¶ Q. ꝯ principia ppria sciẽtiarũ particulariũ: nõ demõstrat nisi a sciẽtia cõi. Cap. ci.

QVare manifestũ ex hiis, q non est quodlibet demonstrari simpliciter, nisi ex principiis propriis & principia horum habent cõmune, si autem hoc est, manifestum, manifestum est, & quod nõ est vniuscuiusq; demonstrare principia propria. Illa enim erunt principia omnium.

¶ Q. ꝯ principia propria scientiarum, demonstrantur a metaphysica. Cap. cii.

ET scientia illorum est domina omniũ, & enim qui est sciens ex causis superioribus: scit magis, sciuit enim ex prioribus, quando sciat non ex causatis causarũ. Quare si sciuit magis, & maxime. & si illa erit sciẽtia & magis, & maxime.

¶ Epilogus q demõstratio nõ trãsit ex vna sciẽtia i alterã nisi subalternatã. Cap. ciii.

DEmonstratio autem non accomodatur, ad genus aliud nisi (vt dictum) est geometricæ in perspectiuas aut mechanicas. Et Aritmeticæ in musicas.

¶ Q. ꝯ difficile est scire. Cap. ciiii.

NOscere aũt si sciuit, an nõ, difficile est. difficile. n: est ipsũ noscere, si scimus ex principiis vniuscuiusq;: an nõ, quod qdẽ est ipsũ scire, putamus aũt scire: si hẽmus syllogismũ ex veris & primis, & nõ ẽ. Sed oportet esse cognatũ primis.

Quæ sint principia simpliciter. Cap. cv.

DIco aũt principia in vno quoq; genere, q̃ non cõtingit demõstrari qa sũt.

¶Quid supponitur & quomodo:& quid probatur in demonstratiõe. Cap. cvi.

Accipitur quidem igitur, quid significant prima:& quæ sunt ex hiis: Est autẽ accipere principia quia sunt, demõstrare autem alia. Vt quid vnitas: & quid recta, & triangulus. Est quidem accipere vnitatem, & magnitudinem esse, est autem demonstrare alia.

¶Quæ sint principia cõmunia:& quæ propria. Cap. cvii.

Eorum autem quibus vtuntur in scientiis demõstratiuis, hæc quidem sunt propria vnicuiq; scientiæ, hæc autem cõmunia, sunt autem cõmunia secundum proportionem: quoniam quãtuncũq; est in genere, est vtile ad scientiã, ppria autem sunt: vt lineam talem, & rectam, cõmunia autẽ sunt, vt si auferas æqualia ab æqualibus, reliqua sunt æqualia.

¶Q đ principia cõmunia, contracta sufficiunt demonstrationi. Cap. cviii.

Vnũquodq; autem horum, quantumcunq; est in genere, est sufficiẽs, facit.n. Idem:& si non accipit de omnibus. Sed geometræ: solum in magnitudinibus, arithmetico autem in numeris.

¶Rursus quæ sint principia propria. Cap. cix.

Et propria autem quidem sunt ea: quæ accipiuntur esse, circa quæ scientia speculatur existentia per se, vt arithmetica vnitates: geometria autem puncta & lineas.

¶Rursus quid supponitur & quomodo:& quid probatur in demõstratione. Cap. cx.

Accipiũt enim hæc & esse, & esse hoc, horum autem has passiones per se, accipiunt, quid vna quæq; significat. Vt arithmetica, quid impar: aut quid par, aut quadrangulus: aut cubus. Geometria autẽ quid irrationale, aut quid curuari, aut reflecti. Demonstrant autem & quia sunt, per cõmunia:& ex demõstratis. Et Astrologia similiter.

¶Quot sint in scientia & quæ. Cap. cxi.

Omnis autem scientia demonstratiua, est circa tria, quæ & ponũtur esse, hæc autem sunt, ipsum genus, cuius passionũ per se, est speculatiua. Et ipsæ quas dicimus dignitates. ex quibus primis demonstrãt. Et tertium passiones, quorum quid vnum quodq; significat accipit.

¶Q đ principia non supponuntur expresse, si sint nota. Cap. cxii.

Nihil tamen prohibet quasdam scientias despicere quædam horum. Vt non supponere ipsum genus, si sit manifestum quia est. Non enim est manifestũ similiter quia numerus est, & quia calidum, & frigidum est. Et non accipere quid significant passiones, si sint manifestæ. Vt neq; accipit quid significant cõmunia. Sicut ipsum, demere æqualia ab æqualibus: quoniam est notum.

¶Q đ subiectum, medium, & passio sunt eadem natura. Cap. cxiii.

Sed nihil

SEd nihil minus hæc tria sunt eadem natura, & id circa quod demonstrat, & ea quæ demonstrant, & ea ex quibus.

¶ Q. suppositio & petitio non sunt dignitates. Cap. cxiiii.

NOn est autem suppositio: neq; petitio, id quod est necessarium esse per se, & est necessarium videri.

¶ Q. probatio & improbatio sunt in animo. Cap. cxv.

NOn enim demonstratio est ad rationem extra, sed ad eam, quæ est in anima. Quoniam neq; syllogismus, semper enim est instare ad rationem extra, sed non semper ad rationem intus.

¶ Quid sit suppositio. Cap. cxvi.

QVæcunq; quidem igitur existentia demonstrabilia, Idem accipit non demonstrans: cum accipit eadem visa discenti, supponuntur, & sunt suppositiones, non simpliciter, sed ad illum solum.

¶ Quid sit petitio. Cap. cxvii.

QVando autem, aut accipit nulla opinione inexistente, aut accipit cōtraria existente: ipsum petitur.

¶ Quomodo suppositio & petitio differunt. Cap. cxviii.

ET suppositio & petitio differt isto, petitio enim est cōtraria opinioni discētis quatenus aliqs accipit, id qđ vtiq; existit demōstrabile, & nō demonstrās vtit.

¶ Q. definitio non est suppositio. Cap. cxix.

DEfinitiones igitur non sunt suppositiones. Neq; n. dicuntur esse, vel nō esse: sed suppositiones sunt in propositionibus, oportet autem solum intelligere definitiones, hoc autem non est suppositio (nisi aliquis dicat & audire esse suppositiones) sed sunt ea ex quibus existentibus, propter illa esse, cōclusio fit. Amplius petitio & suppositio est, vel vt totum, vel vt in parte, definitiones autem sunt neutrum horum.

¶ Q. geometra non demonstrat per falsum, sed dat exemplum. Cap. cxx.

NEq; autem geometra supponit falsum: vt quidam affirmabant, dicentes, quod non oportet vti falso, geometram autem dicentem pedalem eam, quæ nō est pedalis, aut descriptam rectam existentem non rectā, mentiri. Geometra autem nihil concludit, propter lineam esse, quā Idem supposuit. Sed propter manifestata per istam.

¶ Q. non, si demonstratio est, Idea est, sed vniuersale est. Cap. cxxi.

ERgo quidem si demonstratio erit, non necessarium est Ideas esse, aut vnum præter multa, attamen necessarium est dicere: vnū esse de multis, si enim hoc non sit, non ipsum vniuersale erit, cum autem nō ipsum vniuersale sit, ipsum

medium non erit, quare neq; demonstratio. Oportet igitur aliquid vnum & Idem esse in pluribus, non æquiuoce.

¶ Q. d'hoc principium, nō contingit affirmare, & negare, non ingreditur demonstrationem, nisi ad concludendum vnum, & excludendum opp. Cap. cxxii.

Nulla autem demonstratio accipit ipsum, non contingere simul affirmare & negare, nisi cum oporteat demonstrare cōclusionem, & sic.

¶ Quomodo demonstratur per tale principiū. Cap. cxxiii.

Demonstratur autem accipientibus primum de medio, quoniam verum est affirmare, negare autem nō est verum. Et nihil differt accipere mediū esse, & non esse, tertium autem eodem modo.

¶ Q. d' medium in tali demonstratione, potest accipi sub termino maiore finito & infinito. Cap. cxxiiii.

Si.n. sit datū: id de quo dicere hominē, est ve℞, & si, nō hominē, est ve℞, nō aial autem, nō (nisi solus homo, sit animal) dicere enim Calliam esse animal, est verum, & si non Calliam, similiter, nō animal autem, nō est, causa autē est, qm̄ primum non solum dicitur de medio, sed & de alio, propter esse in pluribus. Quare nihil differt ad conclusionem, si ipsum medium est idem, & non Idem.

¶ Q. d' hoc alterum principiū, omne affirmare aut negare, accipit in demonstratione ad impossibile. Cap. cxxv.

Demōstratio autem ad impossibile accipit, ipsum, oē affirmare, aut negare.

¶ Q. d' tale principium contractum ingreditur & sufficit. Cap. cxxvi.

Neq; eadē semp vniuersaliter, sed quātū est sufficiēs, est aūt sufficiēs in genere, dico autem in genere, circa quod fert demonstrationes, vt dictū est & prius.

¶ In quibus scientiæ conueniunt & differunt. Cap. cxxvii.

Omnes autem scientiæ conueniunt adinuicem, secūdum cōmunia, dico aūt cōmunia, ea quibus vtuntur vt demonstrantes, ex hiis: sed nō ea circa quæ demonstrant, neq; id quod demonstrant.

¶ Q. d' dialectica probat principia cōmunia. Cap. cxxviii.

Et dialectica, & si qua alia ē, tētat demōstrare vniuersali cōmunia oibus, vt qm̄ est, oē affirmare, aut negare, aut qm̄ æqualia ab æqualibus aut quædā talium.

¶ Q. d' dialectica differt a metaphysica & quomodo. Cap. cxxix.

Dialectica aūt nō ē aliquo℞ determinato℞ ita, neq; est alicuius generis vnius, nō.n. vtiq; interrogaret, nō est.n. demōstrātē interrogare, pp, idē nō demōstrati oppositis existētibus, hoc aūt ē demōstratū i his q̄ sunt de syllogismo.

¶ Q. d' aliqua interrogatio est propria scientiæ & quæ sit. Cap. cxxx.

Si autem

SI aũt interrogatio syllogistica est eadẽ, & ppositio ptradictiõis, ppositiões aũt sunt fm vnaquãq; sciẽtiã, ille ex qbus ẽ syllogismus, q est fm vnaquãq;, qdã iter rogatio vtiq; sciẽtiaria ẽ earũ, ex qbus syllogismus fit, q ẽ pprius fm vnaquãq;.

¶ Q. d nõ ois interrogatio est propria cuilibet sciẽtiæ & q̃ sit ppria. Cap. cxxxi.

MAnifestũ est ergo qm̃ nõ ois interrogatio vtiq; erit geometrica, neq; medicinalis, similiter autem & in aliis. Sed est earum, ex quibus aut demonstrat aliquid illorum de quibus est geometria; aut ex eisdẽ demonstrantur i geometria vt ea quæ sunt perspectiua. Similiter autem & in aliis.

¶ Q. d scientia ex principiis propriis, demonstrat conclusiones suas & scientiæ sub alternatæ, non autem principia sua. Cap. cxxxii.

ET ex principiis propriis, dicendum est rationem, & de hiis & conclusionibus, non est autem reddendũ rationẽ de principiis geometricis, a geometrã, quatenus est geometricus. Similiter autem & in aliis.

¶ Q. d interrogatio & responsio & disputatio debet eẽ ppria sciẽtiæ. Cap. cxxxiii.

NEq; igiť ẽ iterrogadũ vnũquẽq; sciẽtẽ, oẽm iterogationẽ, neq; ab vnoquoq; respõdẽdũ ẽ ad oẽm iterrogationẽ, sʒ fm sciẽtiã determinatã. Si aũt disputat cũ geometra, q̃tenus ẽ geometra, mãifestũ ẽ qm̃ & bñ sic demõstrat ex hiis, si aũt nõ, nõ bene, manifestũ est aũt qm̃ neq; cõtradicit geometræ, nisi fm accidẽs.

¶ Q. d nõ est etiam disputandum coram ignaris sciẽtiæ. Cap. cxxxiiii.

QVare non vtiq; erit disputandũ de geometria in ageometricis, praue. n. disputans latebit. similiter autem & in aliis scientiis.

¶ Q. d aliqua interrogatio est ageometrica & quæ. Cap. cxxxv.

QVoniam autem interrogationes sunt geometricæ, igitur sunt & nõ geometricæ. Et ageometrica est fm aliquã ignorãtiã pter sciẽtiã vnãquãq;.

¶ Q. d interrogatio ageometrica est duplex. Cap. cxxxvi.

ESt aũt pter geometriã, q̃tenus est ex aliis artibus. Vt iterrogatio musica ẽ ageometrica pter geometriã. Et opinari æqdistãtes ocurrere, ẽ geometrica aliquo mõ, & ageometrica alio modo. Hæc. n. est duplex, vt informe, & altera qdẽ est ageometrica, ipso non habere, vt informe, & altera qdẽ est ipso habere praue.

¶ Q. d ignorantia ex principiis falsis est contraria scientiæ. Cap. cxxxvii.

ET ipsa ignorantia, quæ est ex principiis talibus, est contraria.

¶ Q. d syllogismus ignorantiæ est paralogismus. Cap. cxxxviii.

ET vtrum sillogismus secundum ignorantiam est syllogismus qui est ex oppositis; An est paralogismus.

¶ Q. d i mathematicis nõ fit paralogismus æquocatiõis: sʒ i dialecticis. Ca. cxxxix.

PAralogismus autem non similiter est in mathematicis. Quoniā ipsum mediū semper est duplex. Est.n. de omni hoc, rursus hoc dicitur de oi alio (& ipsum prædicatum nō dicitur omne) hæc autē sunt intellectioni vt visioni, latet aūt in logicis, vtrum.n. omnis circulus est figura, est manifestū si describatur, quid aūt sunt ipsa carmina circulus? manifestum est q non.

CQ. d' instantia demonstratiua est vniuersalis. Cap. cxl.

NOn oportet autem ferre instātiam in eādem, si sit propositio inductiua. Vt enim neq; ꝓpositio est, si nō est in pluribus (neq;.n. erit in oibus. syllogismus autē est ex vniuersalibus) manifestū est qm̄ neq; instātia. ꝓpositiōes.n. & instātiæ sunt eedē, ea.n. quā fert instātiā, fit ꝓpositio, aut demōstratiua, aut dialectica.

CQ. d' aliquando fit paralogismus in scientiis sed latet. Cap. cxli.

COntingit autem quibusdā colligere asyllogistice, propter accipere ambo cō sequentia. Vt & ceneus facit, q ignis est in proportiōe multiplicata. Et.n. vt dicit, ipse ignis, & ipsa ꝓportio generat celeriter. sic āt nō ē syllogismus. Sed si ꝓportio multiplicata sequitur celerimā, & mutatio ens celerima ignē, etenī hunc ꝓportio. Aliquādo quidem igitur non contingit syllogizare ex acceptis, sed non ꝓspicitur, aliquando autem contingit.

CQ. d' si verum non concluderetur ex falsis, facile esset syllogizare. Cap. cxlii.

SI autem impossibile esset monstrare verum ex falsis, facile vtiq; esset resoluere, necessario enim conuerterentur.

CQ. d' si propositiones sunt veræ & conclusio. Cap. cxliii.

SIt.n. ipsum. A. verum de. B. hoc autē vt ipso vero de. C. ex hiis igitur monstro quia illud est. A. propter illa esse, quæ scio, quia sunt.

CQ. d' termini syllogismi, sæpe conuertuntur in mathematicis. Cap. cxliiii.

COnuertūt aūt magis i mathematicis, qm̄ accipiūt nullū accidēs, sꝫ definitiōes.

CQ. d' rationes mathematicæ augentur non per media sed per subiecta, & in dupliciter. Cap. cxlv.

